



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 49. Cæsareos profligandi occasio a Francisco Rege neglecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI libus equitum stipatus. Verum Nassoviensem prævenit Comitis solertia; A. C. 1521. quapropter ille toto, quod adhibuit, studio plus efficere non potuit, quam ut reliquam Gallici exercitus partem transitu prohiberet, demum vero ipsemet haud parum sollicitus erat, quomodo exercitum suum subduceret, cum is nonnisi tertia leuca a Gallorum occursum distaret. Hoc autem ut eluctaretur periculum, octingentos præmisit equites, dato negotio, ut eo in loco, qui Comiti S. Pauli vicinior esset, aciem latius distenderent, ibique firmo pede persistenterent, donec peditum agmina castra movissent.

§. XLIX.

Cæsareos profligandi occasio a Francisco Rege neglecta.

Sub idem tempus Borbonius Constabilis quosdam Tribunos exploratum misit, qui eidem nunciabant, hostem motis castris aufugere. Ergo habito mox belli Senatu decretum, ut primum Gallorum agmen sese in octingentos illos Cæsaris equites effunderet, eorum peditibus a tergo instaret, & tamdiu fugientium iter præpediret, donec media simul ac postrema Gallici exercitus acies suppetias venisset. Hæc eadem